

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli b  
cum fonte primo

Quis nunc iam desperet aut de humilitate generis  
aut de magnitudine criminis,  
cum uideat sic inundasse celestis graciae fontem  
ut et piscatorem regibus preponeret  
et persecutorem apostolis coequaret?  
Ille enim dum pauperiem suam curat,  
alimenta cotidiani uictus querit in pelago,  
factus est diues in Christo  
cui reges et nationes famulantur in seculo.  
Paulus uero dum urget gladiis sanctorum,  
fidei suscepit iugum  
et magister factus est gencium,  
forma martyrum, formido demonum,  
indultor criminum, fonsque uirtutum.

[fons nondum repertus]

Augustinus ibidem (in sermone apostolorum Petri  
et Pauli).